



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 28. Suppetiæ ab Arragonum Rege Hungaris denegatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Est Patruus ejus defuncto Rege illius ossa Sæcul. XV.
 hoc loco exhumari, ac debito funeris ho- A.C. 1457.
 nore Albæ in Transilvania in sepulchro
 Majorum suorum condi præcepit.

§. XXVII.

*Matthias alter Huniadis Filius cu-
 stodiæ datus.*

Ceterum Matthias ejusdem Frater ob Spond. Con-
 ætatis imbecillitatem obtenta vitæ tin. annal.
 gratia captivus Pragam mittitur, Podie- hoc ann. 1457
 bracii Bohemiæ Rectoris custodiæ com- n. 1.
 missus. Nihilominus Spondanus refert,
 quod Rex Hungariæ Viennam Austriæ
 repetens, Matthiam secum abduxerit, ac
 sub firma custodia tenuerit.

§. XXVIII.

*Suppetiæ ab Arragonum Rege Hun-
 garis denegatæ.*

Sub idem tempus allatæ sunt literæ ex
 Hungaria ad Callistum Pontificem,
 quibus referebatur, Mahometem II. cum
 Sultano Ægypti, Caramano Ciliciæ, &
 Tartaris foedus inlisse, coactisque ingen-
 tibus copiis rursus iter accelerare, ut
 Albam Græcam, seu Belgradum obsideret.
 Mahometes enim, etsi durante obsidionis
 tempore potissimam Asiæ partem sibi ere-
 ptam percepturus foret, nihilominus ju-
 rejurando se obstrinxerat, nunquam se

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. li retro

Sæcul XV.
A.C. 1457

Æn. Sylv.
ep. 263. 266.
278. 182.

Flischi

retro abiturum, nisi Belgradum vi & armis occupasset. Æneas Sylvius comperto hujus rei nuntio, Alphonsum datis literis ad ferenda Hungaris subsidia adhortabatur, sed surdo canebat, utpote qui pro more suo non nisi venationibus occupabatur, quamvis non ita pridem ingens vitæ discrimen subiisset, nilque propius fuisset, quam ut ab apro, quem insequabatur, interficeretur. Ceterum Alphonsus facili negotio ad petita auxilia sese accingere potuisset; maguam enim juxta ac potentem in mari habebat classem plene instructam, quæ plures etiam, quam triginta triremes, septem grandiores onerarias, & minorum navigiorum quam plurima numerabat. Alphonsus quidem in vulgus sparsit, hac classe se iturum in Cataloniam, ut inde potentior rediret contra Turcas: ast Genuenses, Florentini, atque Senenses hanc contra se armatam classem verebantur; & sane, quod res erat, suspicati sunt Genuenses; illis enim primo occursum navem ingentibus divitiis onustam, & ex Chio Insula advectam eripuit. Respublica illatam ultura injuriam Joannem Philippum de Flisco cum quatuor navibus ablegat, dato negotio, ut Arragoniæ Regis triremes in Neapolis portu combureret; verum consilio optatus defuit successus.

§. XXIX.